

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persecutibus me: * quia confortati sunt super me.

Educe de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant justi, donec retribuas mihi. *Antiphona.* Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.

Capitulum, Hymnus, & V. non dicuntur in hoc triduo.

Ad Magnificat, Antiphona. Conantibus autem illis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luce 1. e

Magnificat * anima mea Dominum:

Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * & exaltavit humiles.

Esuriéntes implevit bonis: * & divites dimisit inanes.

Suscipit Israël puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, & seminii ejus in sæcula.

Añs. Conantibus autem illis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis. *V.* Christus factus est pro nobis. *cum reliquis ut supra in Laudibus.* 429.

Ad Completorium non dicitur Jude domne, nec Lectio brevis, nec Adjuutoriū, neque Oratio Domi-

nica, sed facta Confessione, & Absolutione incipitur à Psalmo cum invocarem. *Dicitis Psalmis dicitur Nunc dimittis. Deinde V. Christus factus est, cum reliquis ut supra ad Laudes.* 429.

Sic terminantur omnes Horæ in hoc triduo usque ad Vesperas Sabbati sancti.

FERIA SEXTA

In Parasceve.

Ad Matutinum.

In primo Nocturno, *Antiphona.*

Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Psalms 2.

Quare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum * adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridébit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * & peccatis de via justa.

Cum

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Antiphona. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Psalms 21.

Deus Deus meus respice in me quare me dereliquisti? * Longe à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, * & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * Laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: * speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex utero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sunt omnia ossa mea.

Para Hyemalis.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus meæ, & lingua meæ adhesit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi: * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi verò consideraverunt & inspexerunt me: * diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: * ad defensionem meam conspice.

Erue à fræme Deus animam meam: * & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis: * & à cornibus unicórnium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timés Dominum, laudate eum: * universum semen Jacob glorificat eum.

Timeat eum omne semen Israël: * quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis:

Nec avertit faciem suam à me: * & cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timéntium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum: * vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscantur & convertentur ad Dominum * universi fines terræ:

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familie Géntium.

Et

Quo- on

Quóniam Dómini est regnum: & ipse dominabitur Géntium.

Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ: * in conspéc-tu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: * & semen meum sérviet ipsi.

Annuntiabitur Dómino generatio ventúra: * & annuntiábunt cœli justitiam ejus, pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Antiphona. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Antiphona. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Psalmus 26.

Dominus illuminatio mea, & salus mea, * quem timebo? & Dóminus protector vitæ meæ, * à quo trepidabo?

Dum appropiãnt super me nocentes, * ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

Si consistant adversùm me castra, * non timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prœlium, * in hoc ego sperabo.

Unam petii à Dómino, hanc requiram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ:

Ut videam voluptatem Dómini, * & visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo: * in die malórum pro-téxit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltávit me: * & nunc exaltávit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferationis: * cantábo, & psalmum dicam Dómino.

Exáudi Dómine vocem meam, quâ

clamávi ad te: * miserère mei, & exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam Dómine requiram.

Ne avértas faciem tuam à me: * ne declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto: * ne derelin-quas me, neque despicias me Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; * Dóminus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua: * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne trádderis me in animas tribulántium me: * quóniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo vidère bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminus, viriliter age, * & confortétur cor tuum, & sustine Dóminus.

Antiphona. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. **V.** Diviserunt sibi vestimenta mea. **R.** Et super vestem meam miserunt sortem. Pater nos-ter. **secretò.**

De Lamentatione Jeremiæ Prophætæ.

Lectio ij. Cap. 2. c. Heth.

Cogitávit Dóminus dissipáre murum filiæ Sion: teténdit funiculum suum, & non avértit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus páritet dissipátus est.

Teth. Defixæ sunt in terra porte ejus: pérdidit & contrivit vœctes ejus: regem ejus & principes ejus in Géntibus: non est lex, & prophætæ ejus non invenerunt visio-nem à Dómino.

Jod. Sederunt in terra, contigé-runt senes filiæ Sion: consperserunt

ci-

cinere cápita sua, accincti sunt cilli-cis, abjecerunt in terram cápita sua virgines Jérusalem.

Caph. Defecerunt præ lácrymis óculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra jecur meum super contritione filie pó-puli mei, cum deficeret párvulus, & lactens in platéis óppidi.

Jerusalem, Jérusalem, convertere ad Dóminus Deum tuum.

R. Omnes amici mei dereliquerunt me, & prævaluerunt insidiántes mihi: trádidit me quem diligebam:

* Et terribilibus óculis plagá crudéli percutientes, aceto potabant me.

V. Inter iniquos projecerunt me, & non pepercerunt animæ meæ. Et terribilibus.

Lectio ij. Lamed.

Matribus suis dixerunt: Ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in platéis civitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

Mem. Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Jérusalem? cui exaquéabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim ve-lut mare contritio tua: quis medebituri tui?

Nun. Prophætæ tui vidérunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam provocárent: vidérunt autem tibi assumptiones falsas, & ejectiones.

Samech. Plausérunt super máni-bus omnes transeúntes per viam: sibiláverunt, & moverunt caput suum super fillam Jérusalem: Hæc cine est urbs, dicentes, perfecti decóris, gaudium univérse terræ?

Jerusalem, Jérusalem, convertere ad Dóminus Deum tuum.

R. Velum templi scissum est, Et omnis terra tremuit: latro de cruce clamábat, dicens: Meménto mei

Dómine, dum véneris in regnum tuum. **V.** Petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctórum, qui dormierant, surrexerunt. Et omnis.

Lectio iij. Cap. 3. Aleph.

Ego vit videns paupertatem meam in virga indignationis ejus.

Aleph. Me minávit, & addúxit in ténébras, & non in lucem.

Aleph. Tantum in me vertit, & convertit manum suam tota die.

Beth. Vetústam fecit pellem meam, & carnem meam contrivit ossa mea.

Beth. Edificávit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labóre.

Beth. In tenebrosis collocávit me, quasi mórtuos sempiternos.

Ghimel. Circumædificávit adversùm me, ut non egrádiam: aggravávit cómpedem meum.

Ghimel. Sed & cum clamávero, & rogávero, exclúsit orationem meam.

Ghimel. Conclúsit vias meas lapidibus quadris, sémitas meas subvértit.

Jerusalem, Jérusalem, convertere ad Dóminus Deum tuum.

R. Vinea mea electa, ego te plantávi: * Quómmodo conversá es in amaritudinem, ut me crucifigeres, & Barábbam dimitteres? **V.** Sepi-vi te, & lápidés elegi ex te, & ædificávi turrim. Quómmodo.

R. Vinea mea.

In secundo Nocturno, **Antiphona.** Vim faciébant qui quærébant áni-mam meam.

Psalmus 37.

Domine ne in furóre tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: * & confirmásti super me manum tuam.

Nor est sánitas in carne mea à facie iræ tue: * non est pax ósibus meis à facie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergræssæ sunt caput meum: * & sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruerunt & corrúptæ sunt cicatrices meæ, * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvátus sum usque in finem: * torá die contritátus ingrediebar.

Quóniam lumbi mei implèti sunt illusióibus: * & non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliátus sum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum: * & gémitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est, dereliquit me virtus mea: * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & próximi mei * advérsum me appropinquavérunt, & steterunt.

Et qui juxta me erant de longè steterunt, * & vim faciébant qui quærebant ánimam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locúti sunt vanitátes, * & dolos torá die meditábantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: * & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi: * tu exaudies me Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergaudeant mihi inimici mei: * & cum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum: * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo: * & cogitábo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me: * & multiplicáti sunt qui odérunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelinquas me Dómine Deus meus: * ne discésseris à me.

Intende in adjutórium meum, * Dómine Deus salutis meæ.

Antiphona. Vim faciébant qui quærebant ánimam meam.

Antiphona. Confundántur & reve-reántur qui quæruunt ánimam meam, ut auferant eam.

Psalms 39.

Expectans expectávi Dóminum: * & inténdit mihi.

Et exaudivit preces meas, * & edúxit me de lacu miseriæ, & de luto faciis.

Et státuit super petram pedes meos: * & diréxit gréssus meos.

Et immisit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi & timebunt: * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus: * & non respéxit in vanitátes & insánias falsas.

Multa fecisti tu Dómine Deus meus mirabilia tua: * & cogitátióibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiávi & locúti sum: * multiplicáti sunt super númerum:

Sacrificium & oblatióem noluiti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum & pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntátem tuam: * Deus meus voluit, & legem tuam in médio cordis mei.

An-

Annuntiávi justitiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritátem tuam & salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam, & veritátem tuam * à concilio multo.

Tu autem Dómine ne longè faciás miseratiónes tuas à me: * misericórdia tua & veritas tua semper suscéperunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus: * comprehéndérunt me iniquitátes meæ, & non pótuí ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capillos capítis mei: * & cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: * Dómine, ad adjuvándum me respice.

Confundántur, & reve-reántur simul, qui quæruunt ánimam meam, * ut auferant eam.

Convertántur retrórsùm, & reve-reántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusióem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & læténtur super te omnes quæréntes te: * & dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui diligit salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: * Dóminus sollicitus est mei.

Adjutor meus, & protector meus tu es: * Deus meus ne tardáveris.

Antiphona. Confundántur & reve-reántur qui quæruunt ánimam meam, ut auferant eam.

Antiphona. Alieni insurrexérunt in me, & fortes quæsiérunt ánimam meam.

Psalms 53.

Deus in nómine tuo salvum me fac: * & in virtúte tua júdica me.

Deus exáudi oratióem meam: * áuribus percípe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, & fortes quæsiérunt ánimam meam: * & non proposéruunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimicis meis: * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi, * & confitebor nómini tuo Dómine: quóniam bonum est:

Quóniam ex omni tribulatióne eripuisti me: * & super inimicos meos despéxit óculus meus.

Antiphona. Alieni insurrexérunt in me, & fortes quæsiérunt ánimam meam.

V. Insurrexérunt in me testes iniqui.

R. Et mentita est iniquitas sibi.

Pater noster. **secretó.**

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos.

In Psalm. 63. ad Vers. 2.

Lectio iv.

Protexisti me Deus à convéntu malignántium, à multitudine operántium iniquitátem. Jam ipsum caput nostrum intueamur. Multi Martyres talia passi sunt, sed nihil sic elúcet quomodo caput Martyrum: ibi mélius intuemur quod illi expérti sunt. Protec-tus est à multitudine malignántium protegéte se Deo, protegéte carnem suam ipso Filio & hómine quem gerébat: quia filius hóminis est, & Filius Dei est. Filius Dei propter formam Dei: filius hóminis propter formam servi, habens in potestáte ponere ánimam suam, & recipere eam. Quid ei potuérunt facere inimicis? occidérunt corpus, ánimam non occidérunt. Inténdite, Parum ergo erat Dóminum hortári Martyres verbo, nisi firmáret exémplo.

Et 3

R.

R. Tamquam ad latronem existis cum gladiis & fistibus comprehendere me: Quotidiè apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis: & ecce flagellatum dicitis ad crucifigendum. **V.** Cumque iniecisset manus in Jesum, & tenuissent eum, dixit ad eos. Quotidiè.

Lectio v.

Nostis qui convētus erat malignāntium Judæorum, & quæ multitudo erat operāntium iniquitatem. Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere Dōminum Jesum Christum. Tanta opera bona, inquit, ostēdi vobis: propter quod horum me vultis occidere? Pētiluit omnes infirmos eorum, curāvit omnes languidos eorum, prædicāvit regnum cælorum, non tacuit vitia eorum, ut ipsa pōtius eis displicerent, non medicus à quo sanabāntur. His omnibus curatiōibus ejus ingrāti, tamquam multā febre phrenētici insaniētes in medicum, qui venerat curare eos, excogitāverunt consilium perdēdi eum: tamquam ibi volēntes probare, utrūm verè homo sit, qui mori possit; an aliquid super homines sit, & mori se non permittat. Verbum ipsorum agnoscimus in sapientia Salomōnis. Morte turpissimā, iniquiunt, condemnemus eum. Interrogemus eum, erit enim respectus in sermōibus illius. Si enim verè Filius Dei est, liberet eum.

R. Tenebræ factæ sunt, dum crucifixissent Jesum Judæi: & circa horam nonam exclamāvit Jesus voce magnā: Deus meus, ut quid me dereliquisti? Et inclināto capite emisit spiritum. **V.** Exclamans Jesus voce magnā, ait: Pater, in manus tuas commēdo spiritum meum. Et.

Lectio vi.

Exacuērunt tamquam gladium linguas suas. Non dicant Judæi, non occidimus Christum. Etenim

propterea eum dederunt iudici Pilato, ut quasi ipsi à morte ejus viderentur immunes. Nam cum dixisset eis Pilatus, Vos eum occidite; responderunt: Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in iudicem hominem referre volēbant: sed numquid Deum iudicem fallēbant? Quod fecit Pilatus, in eo ipso quod fecit, aliquantum particeps fuit; sed in comparatione illorum multo ipse innocentior. Instiuit enim quantum potuit, ut illum ex eorum manibus liberaret: nam propterea flagellatum produxit ad eos. Non persequendo Dōminum flagellāvit, sed eorum furorū satisfacere volens: ut vel sic jam miterentur & desinerent velle occidere, cum flagellatum viderent. Fecit & hoc. At ubi perseveraverunt, nostis illum lavisse manus, & dixisse, quod ipse non fecisset, mundum se esse à morte illius. Fecit tamen. Sed si reus quia fecit vel invitatus: illi innocentes qui coegerunt ut faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi: & quasi ipse occidit, & vos o Judæi occidistis. Unde occidistis? Gladio lingue: acutis enim linguas vestras. Et quando percussistis, nisi quando clamastis, Crucifige, crucifige?

R. Animam meam dilectam tradidi in manus iniquorum, & facta est mihi hereditas mea sicut leo in sylva: dedit contra me voces adversarius dicens: Congregamini, & properate ad devorandum illum: posuerunt me in deserto solitudinis, & luxit super me omnis terra: Quia non est inventus qui me agnosceret, & faceret bene. **V.** Insurrexerunt in me viri absque misericordia, & non pepererunt animæ meæ. Quia non est. **R.** Animam meam.

In

In tertio Nocturno, Antiphona.

Ab insurgētibz in me libera me Dōmine, quia occupaverunt animam meam.

Psalmus, 58.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgētibz in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: * & de viris sanguinum salva me.

Quia ecce cepērunt animam meam: * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Dōmine: * sine iniquitate cucurri, & dirēxi.

Exurge in occursum meum, & vide: * & tu Dōmine Deus virtutum, Deus Israël.

Intēde ad visitandas omnes gentes: * non misereāris omnibus, qui operantur iniquitatem.

Convertentur ad vespem, & famem patientur ut canes: * & circumcubent civitatem.

Ecce loquētur in ore suo, & gladius in labiis eorum: * quoniam quis audivit?

Et tu Dōmine deridēbis eos: * ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: * Deus meus misericordia ejus perveniet me.

Deus ostēdet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: * nequando obliviscantur populi mei.

Dispēge illos in virtute tua: * & depone eos protector meus Dōmine.

Delictum oris eorum, sermōnem labiorum ipsorum: * & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione: * in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob: * & finium terræ.

Convertentur ad vespem, & famem patientur ut canes: * & circumcubent civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: * si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: * & exultabo manē misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus: * & refugium meum, in die tribulationis meæ.

Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: * Deus meus misericordia mea.

Antiphona. Ab insurgētibz in me libera me Dōmine, quia occupaverunt animam meam.

Antiphona. Longē fecisti notos meos à me: traditus sum, & non egrediebar.

Psalmus 87.

Domine Deus salūtis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio meæ: * inclina aurem tuam ad preceam meam.

Quia repleta est malis anima meæ: * & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendētibz in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebris, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longē fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Dōmine tota die: * expāndi ad te manus meas.

Et 4

Num-

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscuntur in tenebris mirabilia tua: & justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi: & mane oratio mea praveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam: & avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, & in laboribus a juventute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.

In me transierunt irae tuae: & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: circumdedérunt me simul.

Elongasti a me amicum, & proximum: & notos meos a miseria.

Antiphona. Longe fecisti notos meos a me: traditus sum, & non egrediēbar.

Antiphona. Captabant in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabant.

Psalmus 93.

Deus ultionum Domini: Deus ultionum liberē egit.

Exaltare qui iudicas terram: recte retributionem superbis.

Usquequō peccatores Domine: usquequō peccatores gloriantur:

Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur in iustitiam?

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

Antiphona. Captabant in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabant.

Locuti sunt adversum me lingua dolosa: Et sermonibus odii circumdedérunt me, & expugnaverunt me gratis. Pater noster.

Viduum & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculos, non considerat?

Qui corrumpit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam?

Domini scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt.

Beatus homo, quem tu eruderis Domine: & de lege tua doceris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.

Quoadusque justitia convertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuvit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam: Motus est pes meus: misericordia tua Domine adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuae iustificaverunt animam meam.

Nunquid adhaeret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in praecipito?

Captabant in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabant.

Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meae.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.

Antiphona. Captabant in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabant.

Locuti sunt adversum me lingua dolosa: Et sermonibus odii circumdedérunt me, & expugnaverunt me gratis. Pater noster.

Secreto.

De

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebraeos.

Lectio vij. Cap. 4. & 5.

Festinemus ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti: & pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo.

Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit caelos, Jesum Filium Dei: teneamus confessionem.

Non enim habemus pontificem, qui non possit compatii infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Tradiderunt me in manus impiorum, & inter iniquos projecerunt me, & non pepercerunt animae meae: congregati sunt adversum me fortes.

Alieni insurrexerunt adversum me, & fortēs quasi erunt animam meam. Et sicut.

Lectio viij.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae: ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condolare possit iis, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.

Jesum tradidit impius summis principibus sacerdotum, & seniori-

bus populi: Petrus autem sequebatur eum a longe, ut videret finem.

Adduxerunt autem eum ad Caiphan principem sacerdotum, ubi Scribae & Pharisei convenerant.

Petrus.

Lectio ix.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Qui in diebus carnis suae preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exaudivit esse pro sua reverentia.

Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

Caligaverunt oculi mei a fletu meo: quia elongatus est a me, qui consolabatur me. Videte omnes populi.

Si est dolor similis sicut dolor meus. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte. Si est dolor.

Caligaverunt. **A D LAUDES.**

Antiphona.

Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Quo-

Quóniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ece enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ece enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & letitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proicias me a facie tua: * & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Doceto iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis mee: * & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut edificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Antiphona. Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Antiphona. Anxiatu est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Psalmus 143.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi: * & anxiatu est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea sicut terra sine aqua tibi:

Velociter exaudi me Domine: * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: * & similis ero descendentibus in lacum.

Audiam fac mihi manes misericordiam tuam: * quia in te speravi. Notam fac mihi viam, in qua ambulabo: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Domine vivificabis me, in aequitate tua.

Edoces de tribulatione animam meam: * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam

meam: * quoniam ego servus tuus sum.

Antiphona. Anxiatu est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Añsa. Ait latro ad latronem: Nos quidem digna factis recipimus, hic autem quid fecit? Meménto mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & in via, & in aquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

In terra adipe & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quasiéerunt animam meam, introibunt in inferiora terrae: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstruatum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vulnatum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutem tuam.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Letentur & exultent gentes: * quoniam iudicas populos in aequitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant omnes fines terrae.

Antiphona. Ait latro ad latronem, Nos quidem digna factis recipimus, hic autem quid fecit? Meménto mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Antiphona. Cum conturbata fuerit anima mea, Domine, misericordiam memora eris.

Canticum Habacuc. Cap. 3.

Domine audivi auditionem tuam, * & timui.

Domine opus tuum * in medio annorum vivifica illud:

In medio annorum notum facies: * cum iratus fueris, misericordiam recordaberis.

Deus ab Austro veniet, * & sanctus de monte Pharan:

Operuit caelos gloria ejus: * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit: * cornua in manibus ejus:

Ibi abscondita est fortitudo ejus: * ante faciem ejus ibit mors.

Et egrediatur diabolus ante pedes ejus. * Stetit, & mensus est terram. Aspexit, & dissolvit Gentes: * & contriti sunt montes saeculi.

Incurvati sunt colles mundi, * ab itinibus aeternitatis ejus.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae. * turbabuntur pelles terrae Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Domine? * aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua?

Qui

Qui ascēdes super equos tuos: *
& quadrigæ tuæ salvatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum: *
juramenta tribubus quæ locutus es:

Fluvios scindes terræ: viderunt
te, & doluerunt montes: * gurges
aquarum trāsiit.

Dedit abyssus vocem suam: * al-
titudō manus suas levavit.

Sol, & luna steterunt in habitaculo
suo, * in luce sagittarum tuarum, ibunt
in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In frēmitu conculcabis terram: *
& in furōre obstupescies Gentes.

Egressus es in salutem pōpuli
tui: * in salutem cum Christo
tuo:

Percussisti caput de domo impii: *
denudasti fundamentum ejus usque
ad collum.

Maledixisti sceptris ejus, cāpiti
bellatorum ejus, * venientibus ut tur-
bo ad dispergendum me.

Exultatio eorum * sicut ejus,
qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, *
in luto aquarum multarum.

Audivi, & conturbatus est venter
meus: * a voce contremuerunt lā-
bia mea.

Ingressiatur putredo in ossibus
meis, * & super me scateat.

Ut requiescam in die tribulatio-
nis: * ut ascendam ad pōpulum
accinctum nostrum.

Ficus enim non forebit: * & non
erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ: * & arva
non afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus: * &
non erit armētum in præsēpibus.

Ego autem in Dōmino gaudebo: *
& exultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dōminus fortitudo mea: *
& ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me
victor * in psalmis canentem.

Antiphona. Cūm conturbata fue-
rit anima mea, Dōmine, misericōr-
diæ memor eris.

Antiphona. Memēto mei Dōmi-
ne, dum veneris in regnum tuum.

Psalmus 148.

Laudate Dōminum de cœlis: *
laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: *
laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: * lauda-
te eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: * &
aquæ omnes, quæ super cœlos sunt,
laudent nomen Dōmini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: *
ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in ætēnum, & in sæculum
sæculi: * præceptum posuit,
& non præteribit.

Laudate Dōminum de terra, * dra-
cōnes, & omnes abyssi.

Ignis, grandis, nix, glaciēs, spi-
ritus procellarum: * quæ faciunt
verbum ejus:

Montes, & omnes colles, * ligna
fructifera, & omnes cedri.

Bestiae, & univēsa pēcora: * ser-
pēntes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes pōpuli: *
principes, & omnes iudices terræ.

Juvenes, & virgines: senes cum
junioribus laudent nomen Dōmi-
ni: * quia exaltatum est nomen ejus
sollus.

Confessio ejus super cœlum, & ter-
ram: * exaltavit cornu pōpuli sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: *
filiis Israël, pōpulo appropinquan-
ti sibi.

Psalmus 149.

Cantate Dōmino cānticum no-
vum: * laus ejus in ecclesiā
sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit
eum: * & filii Sion exultent in rege
suo.

Laudent nomen ejus in choro: *
in tympano, & psalterio psallant ei:

Quia

Quia beneplacitum est Dōmino in
pōpulo suo: * & exaltabit mansueti-
tudo in salutem.

Exultabunt sancti in glōria: * læ-
tabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eor-
um: * & gladii accipites in manibus
eorum:

Ut faciendam vindictam in nati-
onibus: * increpationes in pōpulis.

Ad alligandos reges eorum in com-
pedibus: * & nobiles eorum in mā-
nicis ferris.

Ut faciant in eis iudicium conscri-
ptum: * glōria hæc est omnibus
sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudate Dōminum in sanctis
ejus: * laudate eum in firma-
mento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: *
laudate eum secundum multitudi-
nem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * lau-
date eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & chy-
ro: * laudate eum in chordis, &
organo.

Laudate eum in cymbalis beneso-
nantibus: laudate eum in cymbalis
jubilationis: * omnis spiritus lau-
det Dōminum.

Antiphona. Memēto mei Dōmine,
dum veneris in regnum tuum.

Y. Collocavit me in obscuris.

R. Sicut mortuos sæculi.

Ad Benedictus Antiphona.

Posuerunt super caput ejus causam
ipsius scriptam: Jesus Nazarenus,
Rex Judæorum.

Canticum Zachariæ. **Luc. 1. g**

Benedictus Dōminus Deus Israël, *
quia visitavit, & fecit redempti-
onem plebis suæ:

Et erexit cornu salutis nobis: * in
domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sancto-
rum, * quia a sæculo sunt, prophe-
tatarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris: * & de
manu omnium, qui oderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris: * & memorari tes-
tamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad
Abraham patrem nostrum, * datū-
rum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimico-
rum nostrorum liberati, * serviamus
illi.

In sanctitate, & justitia coram ip-
so, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi
vocaberis: * præbis enim ante faci-
em Dōmini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis ple-
bi ejus, * in remissionem peccato-
rum eorum:

Per viseta misericordie Dei nos-
tri: in quibus visitavit nos, oriens
ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris,
& in umbra mortis sedent: * ad
dirigēdos pedes nostros in viam
pacis.

Antiphona. Posuerunt super caput
ejus causam ipsius scriptam: Jesus Na-
zarenus, Rex Judæorum. **Y.** Chris-
tus factus est pro nobis obediens
usque ad mortem, mortem autem
crucis. Pater noster, **Secretū.**

Psalmus. Miserere mei Dōme. 447.

Oratio.

Respice, quesumus Dōmine, su-
per hanc familiam tuam, pro
qua Dōminus noster Jesus Christus
non dubitavit manibus tradi nocenti-
um, & crucis subire tormentum.
Qui tecum vivit & regnat.

Ad Vesperas, Asia. & Psalmi

præteriti diei, dicuntur sine cantu.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cūm accepisset acetum, dixit:
Consummatum est: & inclināto cā-
pite emisit spiritum. **Y.** Chris-
tus factus est, & alia ut suprā ad
Laudes.

SAB-

SABBATO SANCTO

Ad Matutinum.

In primo Nocturno, Antiphona. In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Psalmus 4.

Um invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequò gravi corde? * ut qui diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudivit me cum clamavero ad eum.

Iracimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti lætiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Antiphona. In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Añ. Habitat in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

Domine quis habitat in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat:

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & mœnera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movébitur in æternum.

Antiphona. Habitat in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo.

Antiphona. Caro mea requiescet in spe.

Psalmus 15.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te. * Dixit Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non egess.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, & calcis mei: * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclavis: * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: * insuper & usque ad noctem increperunt me renes mei.

Providēbam Dominum in conspectu meo semper: * quoniam à dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: * insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

No-

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplēbis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua usque in finem.

Añ. Caro mea requiescet in spe. In pace in idipsum. B. Dormiam & requiescam. Pater noster, Secreto.

De Lamentatione Jeremiæ Prophætæ.

Lectio j. Cap. 3. c. Heth.

Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti: quia non detecerunt miserationes ejus.

Heth. Novi diluculo, multa est fides tua.

Heth. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

Teth. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ querenti illum.

Teth. Bonum est prætolari cum silentio salutare Dei.

Teth. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.

Jod. Sedebit solitarius, & tacebit quia levavit super se.

Jod. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.

Jod. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

B. Sicut ovis ad occisionem ductus est, & dum malè tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem, * Ut vivificaret populum suum. * Tradidit in mortem animam suam, & inter sceleratos reputatus est. Ut vivificaret.

Lectio ij. Cap. 4. Aleph.

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?

Beth. Filii Sion inelyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa tætea, opus manuum figuli?

Ghimel. Sed & lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt cātulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

Daleth. Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

He. Qui vesebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt iniquora.

Vau. Et major effecta est iniquitas filiarum populi mei peccato Sodomorum, quæ subvèrsa est in momento, & non cepèrunt in ea manus.

Jerusalem, Jerusalem, converte-re ad Dominum Deum tuum.

B. Jerusalem surge, & exue te vestibus jucunditatis: induere cinere & cilicio: * Quia in te occisus est Salvator Israël. * Deduc quasi torrentem lacrymas per diem & noctem, & non taceat pupilla oculi tui. Quia.

Incipit Oratio Jeremiæ Prophætæ.

Lectio iij. Cap. 5.

Recordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostre ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostre quasi viduæ. Aquam nostram pecuniâ bibimus: ligna nostra prætio comparavimus. Cervicibus nostris minabamur, lassus non dabatur requies. Ægypto dedimus manum, & Assyris, ut saturēmur pane. Patres nostri peccaverunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portavimus. Servi domatati sunt nostris: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferbamus panem nobis, à facie gladii in deserto. Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis. Mulieres in Sion hu-

humiliaverunt, & virgines in civitatibus Juda.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R. Plange quasi virgo plebs mea: ululante pastores in cinere & cilicio: Quia venit dies Domini magna, & amara valde. **V.** Accingite vos sacerdotes, & plangite ministri altaris, aspergite vos cinere. Quia venit. **R.** Plange.

In secundo Nocturno. Antiphona. Elevamini portae aeternales: & introibit rex gloriae.

Psalmus 23.
Domini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum: * & super flumina preparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, * qui non accipit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum, * quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus fortis & potens: Dominus potens in praelio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portae aeternales: * & introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? * Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Antiphona. Elevamini portae aeternales: & introibit rex gloriae.

Antiph. Credo videre bona Domini in terra viventium.

Psalmus 26.
Dominus illuminatio mea, & salus meo, * quem timebo? Dominus protector vitae meae, * a quo trepidabo?

Dum appropriant super me nocentes, * ut edant carnes meas:

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me praedium, * in hoc ego sperabo.

Unam petiit Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae:

Ut videam voluptatem Domini, * & visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: * cantabo, & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me: * ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulan-

lan-

lantium me: * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age, * & confortetur cor tuum, & sustine Domini.

Antiphona. Credo videre bona Domini in terra viventium.

Antiphona. Domine abstraxisti ab inferis animam meam.

Psalmus.
Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me: * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te, * & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: * salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus: * & confitemini memoriae sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus: * & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus: * & ad matutinum letitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: * Non movebor in aeternum.

Domine in voluntate tua, * praestitisti decorem meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me, * ad factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo: * & ad Deum meum deprecabor.

Quae utilitas in sanguine meo, * dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, & misertus est mei: * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: * conscidisti sacculum meum, & circumdediti me letitia:

Part. Hymnalis.

Ut cantes tibi gloria mea, & non compungar: * Domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.

Antiphona. Domine abstraxisti ab inferis animam meam. **V.** Tu autem Domine miserere mei. **R.** Et restituta me, & retribuam eis. Pater noster. **Psalmus.**

Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos.

In Psalm. 63. ad Vers. 7.

Lectio 17.
Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Illi dixerunt: Quis nos videbit? Descenderunt scrutantes scrutationes, consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia, passus est se teneri ut homo. Non enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut cederetur nisi homo, aut crucifigeretur, aut inoreretur nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passionnes, quae in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, id est, cor secretum: obiectis aspectibus humanis hominem, servans intus Deum, celesis formam Dei, in qua aequalis est Patri, & offerens formam servi qua minor est Patre.

R. Necessit pastor noster, fons aquae vivae, ad cuius transitum sol obscuratus est: * Nam & ille captus est, qui captivum tenebat primum hominem: hodie portas mortis & aeras pariter Salvator noster dirupit. **V.** Destruixit quidem claustra inferni, & subvertit potentias diaboli. Nam & ille.

Lectio 18.
Quo perduxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutantes descenderunt, ut etiam mortuo Domino & sepulto, custodes ponerent ad sepulchrum? Dixerunt enim Pilato, Seductor ille. Hoc

ff

ap-

ficat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi?

R. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum Adversus Dóminum, & adversus Christum ejus. * Quare fremuerunt Gentes, & pópuli meditati sunt inania? Adversus Dóminum.

Lectio viij.

ET idem novi testamenti mediator est: ut morte intercedente, in redemptionem eorum pravericationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis. Ubi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum vivit qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.

R. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. * Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, & in umbra mortis. *Factus.*

Lectio ix.

Lecto enim omni mandato legis à Moysi universo pópulo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coquina, & hyssopo: ipsum quoque librum, & omnem pópulum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.

R. Sepulto Dómino, signatum est monumentum, volentes lapidem ad ostium monumenti: * Ponentes milites, qui custodirent illum. * Accedentes principes sacerdotum ad Pilatum, petierunt illum. Ponentes.

Sepulto Dómino.
A D LA UDES;

Antiphona.

O mors, ero mors tua, morsus tuus ero, inferne.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projecias me à facie tua: * & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Red-

Redde mihi lætiam salutaris tui: * & spiritu principali confirmame.

Docèbo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis mee: * & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Dómine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Dómine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Antiphona. O mors, ero mors tua, morsus tuus ero, inferne.

Antiphona. Plangent eum quasi unigenitum, quia innocens Dóminus occisus est.

Psalmus 42.

Juicæ me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, * ab homine iniquo, & dolosæ me.

Quia tu es Deus fortitudo mea, * quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: * ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introbo ad altare Dei: * ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc con-

fitèbor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Plangent eum quasi unigenitum, quia innocens Dóminus occisus est.

Antiphona. Attendite universi pópuli, & videte dolorem meum.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & in via, & in aquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut vidèrem virtutem tuam, & gloriaram tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nómine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine replètur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quasièrunt animam meam, introibunt in inferiöra terre: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi pópuli Deus: * confiteantur tibi pópuli omnes.

Ff 3

Lx-

Laténtur & exúltent gentes: * quóniam iúdas pópulos in aequitate, & gentes in terra dirigit.

Confíteantur tibi populi Deus: confíteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terrae.

Antiphona. Atténde universi populi, & videte dolorem meum.

Antiphona. A porta inferi érué Dómine animam meam.

Canticum Ezechiae.

Isaia 38. b

EGo dixi: In dimidio diérum meórum * vadam ad portas inferi.

Quaerívi residuum annórum meórum: * dixi: Non videbo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspiciam hóminem ultra, * & habitatórem quietis.

Generatio mea ablata est: & convóluta est a me, * quasi tabernaculum pastórum.

Præcis est velut a texénte, vita mea: dum adhuc ordire, succídit me: * de mane usque ad vésperam finies me.

Sperabam usque ad mané, * quasi leo sic contrívit omnia ossa mea:

De mane usque ad vésperam finies me? * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei, * suspiciéncies in excélsis:

Dómine vim pátiór, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondebít mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritudine ánimae meae.

Dómine si sic vivitur, & in tali-bus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me. * Ecce in pace amaritúdo mea amarissima:

Tu autem eruisti ánimam meam ut

non periret, * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non inférnus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectábunt qui descéndunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodié: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Dómine salvum me fac, * & psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Antiphona. A porta inferi érué Dómine animam meam.

Antiphona. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Psalmus 148.

LAudate Dóminum de cælis: * laudate eum in excélsis.

Laudate eum omnes ángeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: * præcéptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dóminum de terra, * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus:

Montes, & omnes colles, * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiae, & universa pécora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes iudices terræ.

Juvenes, & virgines: senes cum iunioribus laudent nomen Dómini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Con-

Confessio ejus super cælum, & terram: * & exaltávit cornu pópuli sui. Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filii Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Dómino canticum novum: * laus ejus in ecclésia sanctorum.

Latéetur Israël in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psalterio psallant ei: Quia benelácitum est Dómino in pópulo suo: * & exaltábit mansuetos in salutem.

Exultábunt sancti in glória: * lætabántur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gládii ancipites in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in pópulis.

Ad alligandos reges eorum incompédibus: * & nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAudate Dóminum in sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis, & órgano.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dóminum.

Antiphona. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si

est dolor sicut dolor meus. **Y.** Caro mea requiescet in spe. **R.** Et non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Ad Benedictus Antiphona.

Mulieres sedentes ad monumentum lamentabántur, flentes Dóminum.

Canticum Zachariae.

Luc. 1. g

Benedíctus Dóminus Deus Israël: * quia visitávit, & fecit redemptionem plebis suæ:

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * quia a sæculo sunt, prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris: * & de manu ómnium, qui óderunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorári testamenti sui sancti.

Jusurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis.

Ut siné timóre, de manu inimicórum nostrórum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altissimi vocaberis: * præbis enim ante faciem Dómini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitávit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Antiphona. Mulieres sedentes ad monumentum lamentabántur; flentes Dóminum. **Y.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad

ff 4

mor-

mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Pater noster, *secreto.*
Psalmus. Misereere mihi Deus. 452.

Oratio.

Respice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitavit mámbus tradi nocentium, & crucis subire tormentum.

Qui tecum vivit & regnat.

Et sic dicitur usque ad Nonam.

Dicitis Horis ut supra, *410.* dicitur Missa ut in Ordinario, & facta Communione Sacerdotis, statim pro Vesperis dicitur Antiphona.

Allelúia, allelúia, allelúia.

Psalmus 116.

Laudate Dóminum omnes Gentes: * laudate eum omnes populi:

Quóniam confirmata est super nos misericórdia ejus: * & veritas Dómini manet in ætérnum.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, * & in sæcula sæculórum. Amen.

Repetitur Antiphona Allelúia, allelúia, allelúia.

Capitulum, Hymnus, & *v.* non dicuntur.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vesperè autem sabbati, quæ lucéscit in prima sabbati, venit Maria Magdalène, & altera Maria vidére sepulchrum, allelúia.

Canticum *B. Mariæ Virginis.*

Lucæ 1. c.

Magnificat * anima mea Dóminum:

Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * & sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus ad progénie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit potentiam in bráchio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit poténtes de sede, * & exaltavit humíles.

Esuriéntes implévit bonis: * & dívites dimisit inanes.

Suscépit Israël puerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, & semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, * & in sæcula sæculórum. Amen.

Repetitur Antiphona. Vesperè autem sabbati, quæ lucéscit in prima sabbati, venit Maria Magdalène, & altera Maria vidére sepulchrum, allelúia.

Deinde Sacerdos dicit: Dóminus vobiscum.

Orémus.

Spiritum nobis, Dómine, tuæ charitátis infunde; ut quos Sacraméntis Pascálibus satiasti, tuá facias pietate concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate ejúsdem Spiritus.

Deinde Dóminus vobiscum.

Postea Diaconus dicit: Ite missa est, allelúia, allelúia. *R.* Deo grátias, allelúia, allelúia.

Extra Chorum dicto Pater noster, & Ave Mariæ, Vesperæ inchoantur absolute ab *Ána.* Allelúia, cum reliquis ut supra, & loco Ite missa est, allelúia, allelúia dicitur.

Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia. *R.* Deo grátias, allelúia, allelúia. Deinde additur Pater noster, & nihil aliud.

Ad

Ad Completorium. Jube domine. Lectio brevis. Fratres, Sobrii estote. *v.* Adjuvatorum nostrum. Pater noster. Et facta Confessione & Absolutione dicitur *v.* Convertete nos Deus, *v.* Deus in adjutorium, Gloria Patri. Et amplius non dicitur.

Laus tibi Dómine, Rex æternæ gloriæ, sed ejus loco deinceps dicitur Allelúia.

Deinde sine Antiphona dicuntur Psalmi consueti: Capitulum, *v.* & Hymnus non dicuntur.

Ad Nunc dimittis, Antiphona.

Vesperè autem sabbati.

Canticum Simeonis.

Lucæ 2. c.

Nunc dimittis servum tuum Dómine, * secundum verbum tuum in pace:

Quia viderunt óculi mei * salutarem tuum,

Quod parásti * ante faciem ómnium populórum.

Lumen ad revelatiónem gentium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc,

& semper, * & in sæcula sæculórum. Amen.

Antiphona. Vesperè autem sabbati, quæ lucéscit in prima sabbati, venit Maria Magdalène, & altera Maria vidére sepulchrum, allelúia. *v.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Visitatio, quæsumus Dómine, habitatióne istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

v. Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *v.* Benedicámus Dómino. *R.* Deo grátias. Benedicat, & custodiat nos omnipotens & misericors Dóminus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. *R.* Amen.

Antiphona. Regina cæli, ut in Psalterio. 122.

Et non flectuntur genua toto tempore Pascchali.

DO.